

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISTIN. XXXII.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

APRÆMISSIS ADHICIEN-
DUM EST DE DILE-
CTIONE &c.

DISTIN. XXXII.

QVÆSTIO VNICA.

Virum Deum diligat ex charitate
omnia aequaliter.



In ca. istam. 32.
distin. in qua ma-
gister agit de cha-
ritate, qua Deus
diligat creaturam.

¶ Queritur virum Deum diligat
ex charitate * omnia aequaliter.

Qd. 1.

Bar. Tan-

ge differē-

tiā in-

ter totū,

quodlibet,

& omne

B

& dic con-

sequenter.

¶ Quod non, charitas est habi-
tus, & per consequens perficiēs
potētiā formaliter, igitur sup-
ponit eam esse imperfectam, vo-
luntas autem Dei est perfectissi-
ma, ergo &c.

¶ Præterea, non omnia sunt di-
ligibilia ex charitate, quia non
inanimata, nec irrationalia, er-
go. ¶ Præterea, Deus non omnes
diligat, sed quibusdam irascit,
igitur electos, & quibus irascit
non æque diligit.

¶ Præterea, non omnibus dat
bona æqualia. in omnibus enim
impletur voluntas beneplaciti
eius. igitur non omnibus vult
bona æqualiter. ¶ Contra, om-
nia intelligit æqualiter, quia p-
vniū rationem formaliter. igitur
a simili de diligere ex charitate.

HIC SVNT tria viden-
da. ¶ Primo, quod Deus diligit
omnia. ¶ Secundo, quod ille actus
non est proprius alicui perso-
næ, ¶ Tertio, quod est vnus actus,
& in hoc dicitur quomodo æ-
qualiter & inæqualiter est re-
spectu omnium. ¶ Primum pro-
batur, quia sicut ostensum est
distin. 2. primi. Deus est intelli-

gens, & volens, & per consequens
beatificabilis. non autem præ-
cedit in eo potentia actum, quia
tunc esset imperfectus. igitur
est beatus, & non nisi intelligen-
do, & volendo se, quia nullum
aliud obiectum potest creatu-
rari rationalem beatificare ex
distin. 1. q. 1. primi. igitur actus
intelligit & diligit se.

¶ Quod etiam aliter proba-
tur, quia sicut omnis intelli-
ctus potest in quolibet intelli-
gibile, ita omnis voluntas in quolibet
volubile, igitur voluntas di-
uina potest diligere omnia dili-
gibilia alia a se. ¶ Obijciunt hi,
quia tunc simul diligeret con-
traria, quia vtrunque habet ra-
tionem diligibilis. ¶ Hæc con-
clusio est concedenda de se in
naturalis quæ sunt contraria, sed
non diligit ea simul eadem sus-
ceptiuo, quia hoc non est di-
ligibile. Quædam tamen diligit
dilectione efficaci, puta illa, quæ
aliquando producit in esse, quæ
dam volitione quadam compa-
centia non efficaci, quæ tamen
nunquam produceret in esse,
ostenduntur tamen ab intelle-
ctu suo, ut possibilia habere tan-
tam bonitatem, sicut illa quæ
diligat dilectione efficaci. ¶ Ad
hanc autem conclusionem, quæ
supponitur probata ex distin. 2.
primi, scilicet, quod Deus sit
formaliter volens, ponitur vna
ratio, quia esse volentem est per
fectio simpliciter, in omnibus
enim, diuidentibus ens no-
bilius diuidens ens est perfe-
ctio scilicet simpliciter, si enim
ens diuidatur per voluntarium
& non voluntarium, simpliciter
perfectius diuidens est volun-
tariū, ergo est perfectio simpli-
ter.

EX ISTO SEQUITUR
secun-

9. 1.

distin. 2. primi. Deus est intelli-

A secundum, quia nulla perfectio simpliciter est propria alicui personae. ¶ Hoc enim probatur aliter, quia si esset proprium alicui personae, esset proprium spiritui sancto, & ita vel spiritus sanctus non necessario procederet, vel Deus amaret necessario aliquid aliud a se. ¶ Pari ratione sequitur de verbo quod non dicat * aliquem respectum distinctum & proprium necessario ad aliquid aliud quam ad Deum. ¶ Pro utroque est una ratio communis, quia respectus non potest esse magis necessarius extremo, quia utrunque extremum praerigit, sed nihil aliud a Deo in quocunque esse est ex se necessarium, igitur nullus respectus ad quodcunque aliud a Deo in quocunque esse, est necessarius simpliciter. igitur nec potest esse intrinsecus alicui personae divinae, in quantum habet naturam divinam determinato modo habendi. ¶ De verbo et arguitur aliter, quia si verbum diceret proprium respectu ad creaturam, ut declarativum, aut hoc esset in quantum creatura haberet esse in memoria paterna, & sic exprimit verbum sui. Sed hoc est falsum multipliciter. ¶ Primo, quia nulla creatura habet esse proprie in memoria ut memoria est, sicut tactum est. q. 1. secundi. non enim primo actu intelligibile per actum intelligentiae divinae, & in illo est primo. ¶ Secundo, quia tunc esset ratio movendi intellectum infinitum ad verbum exprimendum, in quantum eius, & ita finitum moveret intellectum infinitum, & ita vilesceret ille intellectus, saltem si per impossibile in memoria divina esset unus lapis, sicut in me-

moria nostra est aliquando unum intelligibile, ille cum essentia in memoria esset ratio exprimendi verbum, quia verbum producit de his quae sunt in memoria patris, & tunc sequeretur propositum, quod finitum esset ratio intelligendi intellectum infinitum, & ratio producendi notitiam infinitam, quod videtur falsum. illud est, quod non est formaliter infinitum, nec in memoria, nec in intelligentia, non videtur probabile, quod fundaret relationes originis oppositas, videretur etiam sequi quod essent tota verba, quot intelligibilia essent in memoria paterna, & similiter distincta, quia si ipsa essent in memoria, & sic exprimerentur, non exprimerentur, nisi ut quodlibet est sic intelligibile. Quod si detur alius intellectus prius dictis, quod verbum declarat alia in quantum alia habent rationem termini respectu actus declarationis in quodam esse intelligibili. sicut dictum est in prima. q. secundi. tunc non erit proprium verbi, quia tota trinitas producit ea in esse intelligibili, quia qualibet persona sibi meminit cuiuslibet. ¶ Qualiter autem concedatur pater dicere verbo proprie, dictum est distinct. 32. primi. quia dicere ibi importat duplicem respectum, unum realem originis, qui est expressi ad exprimenterem, alium rationis, qui est declarantis ad declaratum, ut sic per illud connotetur, & expressum a dicente ipso & declarans dictum per ipsum, & ille respectus, qui est declarare tantum est appropriatus verbo, quia procedit per modum notitiae genitae, & ita declarativa, est tamen communis tribus ac-

Accipiendo declarare formaliter, sed accipiendo principatiue potest esse proprius patri, quia pater principatiue declarat in quantum exprimit notitiam generatam, qui duplex modus accipiendo declarare scilicet formaliter, & principatiue. patet in alijs reatiuis. sicut in assimilatione, & adæquare, forma enim qua aliquid est simile formaliter assimilat ipsum alteri, sed agens dans formam illam assimilat effectiue, vel principatiue eodem modo: potest concedi, quod pater diligit spiritum sanctum, modo quo expolitum est

9. 1. distin. 32. primi. & hoc est appropriatum spiritui sancto, non proprium, & notatur ibi duplex relatio realis, scilicet spiratio, & alia rationis in spiratio. ad amatum ipso, qui respectus rationis **B**est appropriatus spiritui sancto, vere tamen communis est tribus.

TERTIVM PATET, quia una est potentia, unum obiectum primum, & habet unum actum infinitum adæquatum sibi. nec oportet illum unum esse omnium, quasi omnia requirantur ad perfectionem huius actus, sed solum ex perfectione huius actus sequitur, quia perfecte tendit in primum terminum, quod etiam perfecte tendat in omnia, circa quæ primus terminus est totalis ratio agendi. Sola autem essentia diuina potest esse prima ratio agendi tam intellectui diuino, quam voluntati, quia si aliquid aliud posset esse prima ratio agendi vilesceret illa potentia.

Ex hoc patet, quomodo est æqualitas in Deo in diligendo omnia, comparando actum ad

agens, sed comparando actum ad connotata, siue ad ea super quæ transit, est inæqualitas, non tantum quia illa volita sunt inæqualia, vel inæqualia bona sunt eis volita. sed etiam, quia secundum quandam ordinem transit super illa. nam omnis rationabiliter volens vult primo finem, & secundo illud, quod immediate attingit finem, & tertio alia quæ remotius sunt ordinata ad attingendum finem. eum igitur Deus rationabilissime vult, licet non diuersis actibus, sed tantum uno, in quantum illo diuersimode tendit super obiecta ordinate. primo vult finem, & in hoc est actus suus perfectus, & voluntas eius beata. secundo vult illa quo immediate ordinantur in ipsum prædestinando. scilicet electos qui immediate attingunt ipsum, & hoc quasi reflectendo volendo alios diligere idem obiectum secum, sicut prius dictum fuit de charitate distin. 28. huius. Qui enim amat se primo ordinate, & per consequens non inordinate, zelando, vel inuidendo isto modo. secundo, vult habere alios diligentes, & hoc est velle alios habere amorem suum in se, & hoc est prædestinare eos, si velit eis hoc bonum finaliter. Tertio, vult illa quæ sunt necessaria ad attingendum hunc finem. scilicet bona gratiarum. Quarto vult propter alios, alia quæ sunt remotiora. puta hunc mundum sensibilem, ut seruiat eis, ut sic verum sit illud. 2. physic. Homo quodammodo est finis omnium sensibilium. scilicet quia propter ipsum volitum a Deo, quasi in secundo signo naturæ sunt omnia sensibilia volita quasi in quarto signo, illud etiam quod est

A est propinquius fini ultimo con-
suevit dici finis eorum q̄ sunt
remotiora. siue igitur quia De-
vult mundum sensibilem in or-
dine ad hominem prædestina-
tum, siue quia quodammodo
vult immediatus hominem ama-
re se, q̄ mundum sensibilem ef-
fectus erit finis mundi sensibilis.
patet igitur inæqualitas volibi-
lium quantum ad ipsa volita, non
volitio est ipsius voluntatis,
sed ut transitus super obiecta
modo prædicto. nec tñ illa in-
æqualitas est pp bonitatem præ
suppositā in obiectis. quibuscū
que alijs a se, quæ sit quasi ratio
fic, vel sit volendo. sed ratio est
in ipsa voluntate diuina, quia si
cum ipsa acceptat alia in gradu,
ita sunt bona in tali gradu, &
non e conuerso. vel si derur, q̄
in eis ostensa sunt ab intellectu,
B ostenditur aliquis gradus boni
tatis essentialis, secundum quæ
rationabiliter debet complacere
voluntati. hoc saltem est cer-
tum, quod complacentia eorū,
quantum ad actualem existen-
tiam est mere ex voluntate di-
uina absque alia rōne determi-
nante ex parte eorum.

AD PRIMVM dico, q̄
habitus habet aliquid perfectio-
nis, & quo ad hoc ponitur in
Deo, quod autem requirit im-
perfectiōem, imperfectibili,
hoc est per accidens, & sic non
est ibi. Vnde in Deo est per idē
tatem cum potentia, cum qd li-
bet sit infinitum.

Ad secundum dico, q̄ licet
inanimata non sint proprie dili-
gibilia ex charitate, quæ est ami-
cia, & ad ipsa non est amicitia
proprie habenda. potest tamen
haberi ad ipsa aliquid velles ex
charitate, quale scilicet haberi-

dum est ad ea. possum enim ex
charitate velle arborem esse, &
arborem mihi seruire ad talem
actum, in quantum talis adus
iuvat me ulterius ad diligendū
Deum in se, & hoc modo po-
test concedi, quod Deus ex cha-
ritate diligit omnia, non voli-
tione amicitie, sed tali, qua-
lis est habenda respectu co-
rum.

Tertium concludit in-
æqualitatem, quantum ad bo-
na volita ipsius dilectis, non em̄
vult non prædestinatis tanta
bona, quanta prædestinatis, nec
illis quibus dicitur irasci vult
tantum bonum pro tunc, pro
quando dicitur irasci quantum
vult alijs, quibus dicitur non
irasci, & ista inæqualitas dile-
ctionis hoc est effectus dilectio-
nis concedenda est, non so-
lum quantum ad gradus spe-
cificos, sed etiam in indiui-
duis eiusdem speciei, nec ra-
tio huius est natura in isto, &
in illo, sed sola voluntas diui-
na. **A**d argumentum in op-
positum non concludit æqua-
litatem, nisi ut actus est ope-
rantis, non autem ut transit su-
per obiecta.

POST PRÆDICTA DE QUATVOR VIRTU- TIBVS &c.

DISTIN. XXXIII.

QVÆSTIO VNICA.

*Utrum virtutes morales sint in vo-
luntate sicut in subiecto.*

CIRCA istam. 33. distin-
ctio. in qua magister agit
de virtutibus moralibus,
vel